



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Annales Mariani Societatis Iesv**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1658**

Anno MDLXIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42840**

Illā bre-  
ui pere-  
grinatio-  
ne cole-  
re.

Orat. 2.  
de Natiu.  
B.V. pag.  
69.

Vbi que  
tanquam  
corā B.V  
nos vidē-  
te versa-  
ri.

Orat. 4  
de Natiu.  
B.V.

Gratias  
agerem pro  
concessis  
B.V. be-  
neficijs.

tidie post sacrum abiectus in genua, B. Virginis Li-  
tanias recitabat. supremo vitæ ferè ad centesimum  
(si tres excipias) annum porrectæ decennio, mille  
passibus à villa, in qua ipse degebat, dissitam  
B. Virginis ædem nullo die omisso, inuisebat. Li-  
taniae sunt corona elogiorum DEI Matris. Exag-  
gere nus illam quantum possumus, nec enim asse-  
q. eniur. Id post alios multos disertè in hæc verba  
testatur etiam laudatus aliàs S. Isidorus: *Si conueni-  
rent in unum quæ sunt, quæ fuerunt, & quæ erunt ad pre-  
stantum hoc, nunquam futurum esset, ut hymnus tibi con-  
gruens neceveretur.*

A N N O M D L X I X.

180 Hoc anno 15. Febr. Franciscus Andrade  
Scalabitanus Schol obijt, qui præter plurima pieta-  
tis officia iam sese assuefecerat, ut vbidemcum-  
que esset, CHRISTVM ad dexteram, ad sinistram verò  
Beatissimam Deiparam sibi coram præsentes, & vbi-  
que comites magnâ mentis purissimæ tranquillitate  
veneraretur. CHRISTVS quâ Deus est vbique; CHRISTI  
verò Mater in Verbo videt ea quæ ad illius gloriam  
spectant. Hæc DEI nobis præsentis, & Virgini Ma-  
tri nos & nostra ostendentis cogitatio si bene insti-  
tuatur, mirum in modum nos coniungit DEO: quam  
in rem optime laudans Isidorus: *Ad hoc fuit in lucem  
edita, ut arctissimo, & inenarrabili benenolentia vinculo  
adstringeres creatorem cum hominibus.*

Num. 230

181 De eodem Sacchinus in hunc modum tra-  
dit. Præter vñitata rosaria, & solennes Deiparæ, cui  
addictissimus erat, honores, texebat ei quotidie ta-  
le coronæ genus. Generatim res creatas mente col-  
lustrans, inuitabat separatim vnumquodque genus,  
ut de virtutibus admirandis, deque ornamentis am-  
plissimis quibus cumulata est, Dsō gratias agerent  
gau-

gaudens ipse, ac gestiens quod summa illa Reginas  
ijs bonis omnibus, & celsissimo gloriae culmine  
frueretur. Ita S. Hieronymus nos ad DEVM in Vir-  
gine, cum gratiarum actione laudandum inuitat,  
aitque post plura: *Quia iter salutis nostrae in laudi-  
bus est Saluatoris, honor vos, & commoneo in hac sa-  
era solemnitate Genitricis DEI MARIAE nolite cessare a  
laudibus. S. Bonaventura vero ad Beatissimam Vir-  
ginem: Benedicamus DEVM, qui te creauit.*

*In festo  
Assumpt.  
B.V.*

*In canci-  
co Bene-  
dicte.*

*Obedie-  
tia cole-*

*re B. Vir-  
ginem.*

*De lau-  
dibus Dei  
Matri.*

*Vid. Incit.  
n. 30.*

182 Ethnicus vir nobilis a nostro quodam ipso  
S. Jacobi die visitatus, cum ab eo fidem Christianam  
sibi suaderi audiret, admisit consilium: utque obe-  
diret, se caelo authore permotum dixit, & B. Virginis  
patrocinio. Pulchre illam, ac vere salutat S. Ephraem  
Edessenus: *Aue, dicens, porta celorum, ascensus om-  
nium, aue referamentum portarum paradisi.*

ANNO M D L X X.

183 Dabo huc verba hist. Societ. anni huius de  
Amurate Roberto, postea Ioanne Thoma Lauretano. *Anno  
1570.  
n. 13.*  
Hic, Laureti in tugurio, Eremitarum instar, habi-  
tans, orationi, diuinisq[ue] mysterijs operam dabat:  
ac reniuiscente paulatim religiosae vita cupidine,  
vehemeuter retardabatur offensione pristinâ animi  
qua Societatem abhorrebat: deinde etiam metu, ne  
si se obligaret obedientiâ, Laureto migrare cogetur.  
Has inter curas fluctuanti, die S. Thomae Cantua-  
riensi sacro, cum septies ad opem dinini spiritus  
imperrandam hymnam *Veni sancte Spiritus* pronun-  
ciasset, succurrerit prompta S. Petri obedientia, qui  
nani ac retibus relicis, CHRISTI Domini vocem,  
illico secutus est: eaque dum secum in suo tugurio  
voluit, opem Deiparae est expertus, ut olim nar-  
raui, ad obedientium promptus factus. Ad Societatem  
receptum 6. Ianu impetravit, ubi in magna

*Obedie-  
tia illam  
colere.*

*Vid. In-  
cit. n. 31.*